Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



", tam notitiam subscriptorum ".

" Dudum Reverendissimus in Xtopater et Domi-
" nus noster Dominus Georgius Episc. Patavien. (a)
" divino Succensus fervore, cura pastorali deside-
" rans saluti gregis sibi crediti salubriter pro-
" videre, opportunitatem temporis, quo illa, quae
" in votis gessit adimplere et opere, non sine
" anxietate mentis diutius expectavit. Sed
" adveniente tempore acceptabili, quo universa-
" lis Dei Ecclesia pestifero schismate fere sex
" lustris monstruose divisa in sacro constanti-
" ensi concilio schismate nefario extirpato, de-
" corem et pulchritudinem unitatis pristinae
" reassumpsit; quibus sancta mater Ecclesia
" universalis unico, et jam indubitato gaudet
" pastore, successore Petri ac vicario Jesu Xti:
" celebratoque proxime provinciali concilio Saltz-
" burgensi per Reverendissimum Patrem, et Do-
" minum Dominum Eberhardum Archiepiscopum
" Saltzburgensem, (b) in quo praefatus Dominus nos-
" ter suos solemnes habuit oratores pleno man-
" dato suffultos, nonnulla ibidem provide
" pro reformatione cleri et populi praedictae
" provinciae decreta fuere, tempus prospici-
" ens accomodum et desideratum diutius adve-
" nisse, quo clero et populo suae civitatis et
" dioecesis debitum valet officii pastoralis im-
" pendere, Synodum Episcopalem decrevit in
" sua civitate Pataviensi suis patentibus li-
" teris convocandam, et ibidem statuto tem-
" pore celebrandam, cui etiam praesidere, pro-
" ut conceperat, gaudebat ex intimis; et cre-
" dens se a servitiis regiae Majestatis, ac sa-
" cri romani imperii Serenissimi Principis et
" Domini nostri Domini Sigismundi Romanorum
" regi (c) semper augusti, ac Ungariae, et Bohe-
" miae etc. etiam regi /: Regis :/ ad tantillum tempus

(a) Qui primus exem-
tionem a jurisdic-
tione Salisburgen.
ecclesiae apud Jo.
ann: XXIII tentas-
se fertur.

(b) 1418. De hoc
concilio mox
infra.

(c) lege: Regis.